

## COMISIÓN PARA LA IMPRESIÓN.

En la ciudat de Mexico, á tres dias del mes de Março, de mill é quinientos y sesenta y tres años, el illustrissimo señor Don Luys de Velasco, Visorrey, Gouernador y Capitan general por su magestad en esta nueua España, y presidente de la audiencia real que en ella reside, dixo: que por quanto su magestad manda por su real cédula se recojan y assienten en vn libro todas las cédulas, prouisiones y otras cosas que por su magestad están dadas e proueydas para el buen gouierno desta tierra, conseruacion y buen tratamiento de los naturales della, para que se recopilassen, encargó al señor doctor Vas de Puga, oydor desta real audiencia, entendiesse en lo susodicho, porque de todo se tuuiesse noticia, y vuiese claridad en los casos y negocios que se ofreciesen: el qual por seruir á su Magestad, lo aceptó y tiene recopiladas las dichas cédulas y prouisiones. Por tanto, agora de nuevo le cometió y cometió el dar órden cómo las dichas cédulas y prouisiones se impriman.—*Don Luys de Velasco.*—Por mandado de su Señoría, *Antonio de Turcios.*

## PRÓLOGO.

Illustrissimo ac Sapientissimo Domino LUDOVICO A VELASCO, Proregi, Dignissimoque totius nouae Hispaniae Generali Duci, ac regalis Mexicanæ Pretorij Praefecto, Doctor VASCUS A PUGA, ejusdem Auditorij Regij Senator, manuum osculum pro salute.

Solent multi quidem, nostrorum et superiorum proxime temporum, milites, vt strenui fiant, armis ludere vt lusus ipsi militiam sapiant, et ita vires reficiunt, ut sic otio plus afferant bonæ frugis Reipublicæ, quam quorundam negotiosissime occupationes: pugnant ad palum, jaculantur ad scopum, vibrant hastam, decertant palestra, concurrunt lanceis, armati in equum insiliunt, denique sic feriantur ut ad disciplinam militarem reddantur vegetiores. Non abs re imitator ego armis literariis, propemodum quiescentibus, plures huius regni pene dispersas prouisiones et epistolas, que quamplurima similitudine, necnon aduersitate et erroribus vacilabant, hoc libello, aliquantulum vitio purgatas, quæstor ego moderatim redigendas, laboriosissimè censui aggregare, in quibus sunt huic regali auditorio dicatae epistolæ missiæ, plurima ac utilia capitula perpetuitati, sicut et conuersioni conseruationique huius noui orbis habentes: ut res quidem a prudentissimis, Christianissimis ac valde catholicis Regibus, Imperatore maximo Karolo quinto, Regeque nostro Philippo, suisque su-

premis pretoriis præsentibus et præteritis constituta, omnibus in hoc nouo orbe commorantibus valde conducibilis. Itaque, illustrissime Princeps, in huius libelli impressione omne bonum ad te referri, et quamplures iudico gratias, pro istarum prouisionum et epistolarum laboriosa custodia. Sed quia locutum aliquando per multos pænituit, tacuisse nunquam. At vero, nunc ubi sub tua censura hoc opus positum est, non potui non rumpere altum illud et longum silentium nostrum, non verbis tantum, verum scriptis quoque, quid de hac re ego sentiam patescens; nec enim de rebus iustitiae diffinitio poterat alii haud indecenter dicari, quam ei qui caput est et iustitiae tutela firmissima. Denique quod omnis generis virtus, ita cum sanguinis nobilitate, generisque claritate in te coniuncta est, ut quemadmodum natalium splendore et antiquitate nulli es Hispanorum secundus, quippe qui maioribus sis editus Regibus, ita morum honestamento ac singulari quadam committe et dexteritate omnium ex istis facile Princeps ac primus. Adde rerum omnium peritiam, et potissimum exercitate militiae cognitionem, tantam quanta summo omnium Duci magno (qui meruit hoc nomen) et vigilantissimo satis ac superesset. Denique quanam sunt, vel naturæ dotes, vel ornamenta fortunæ, quid diuinitus a superis dari mortali bus potest, quod in te non fuerit et eximum et cumulatissimum. Accedit ad haec archana vis quedam diuinitus insita, qua fit ut non secus ac magnes quidam Regum gentium nostratum, externorum Indorum Religiosorum, iudicium auditorum, breuiter, omnium mortalium in tui rapias amorem. Qua quidem re quod potest homini mortali, vel clarissimo contingere fœlicius, ut enim nouam Hispaniam omittam, testatur regnum Navarræ, testatur caput Metafux in argelica ciuitate, testatur hic nouus orbis, quantum Cæsari nostro Inuictissimo, non modo quos mea vidit ætas, sed quos vete-

rum etiam annales referunt cordatissimus fueris, obsequen-  
tissimus, additissimus et probatissimus: adeo ut Velascorum  
regiæ familiæ, quæ Hispanis usque principibus fidissima fuit,  
sis tu exemplar, norma et regula fidelitatis, splendorque vir-  
tutis eximius: et ut in summa dicam, es inter omnes sapien-  
tissimus, vigilantissimus, fortissimus, optimus, modestissimus  
denique non huius solum, sed maxime quoque gubernationis  
dignissimus: quam tibi in terra Omnipotens, et in cœlo locum,  
simul et mihi præstare dignetur. Amen. Vale, Illustrissime  
Princeps, nouæ Hispaniæ lux æterna.

COPIA DE LA BULA DE LA CONCESION QUE HIZO EL PAPA.

ALEXANDRO SEXTO AL REY Y Á LA REINA,  
NUESTROS SEÑORES, DE LAS INDIAS.

In nomine Domini. Amen. Noverint vniuersi hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quod nos Iacobus Conchillos, Dei et Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Cathanensis, habuimus, vidimus et diligenter inspeximus infrascriptas literas felicis recordationis Alexandri Papæ sexti, eius vera Bulla plumbea cum cordulis sericeis, croceique coloris, more Romanæ curiæ impendentibus bullatas, sanas siquidem in-  
tegras ac omnimoda suspitione carentes, huiusmodi sub te-  
nore:

Alexander Episcopus, seruus servorum Dei. Charissimo in Christo filio Ferdinando Regi et charissimæ in Christo filiæ

Elisabeth, reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ et Granatæ illustribus, salutem et Apostolicam benedictionem. Inter cætera diuinæ maiestati beneplacita opera, et cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum existit vt fides catholica, et christiana religio, nostris præsertim temporibus exaltetur, ac vñlibet amplietur et dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaræ nationes deprimantur, et ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hanc sacram Petri sedem, diuina fauente clementia (meritis licet imparibus), euocati fuerimus, cognoscentes vos, tanquam veros catholicos Reges et Principes, quales semper fuisse nouimus, et a vobis præclare gesta toti pene iam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio et diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, efficere ac omnem animum vestrum, omnésque conatus ad hoc iamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta diuini nominis gloria facta, testatur; **digne** ducimus non immerito, et debemus illa vobis etiam **sponte** et fauorabiliter concedere, per quæ huiusmodi **sanctum** et laudabile ac immortali Deo acceptum propositum **in dies feruentiori** animo ad ipsius Dei honorem et imperii **christiani** propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus quod vos qui dudum animum proposueratis aliquas **insulas** et terras firmas remotas et incognitas, ac per alias hactenus non repertas, querere et inuenire, ut illarum Incolas et **habitatores** ad colendum Redemptorem nostrum et fidem **catholicam** profitendum reducetis, hactenus in expugnatione **et recuperatione** ipsius regni Granatæ plurimum occupati, huiusmodi sanctum et laudabili propositum vestrum ad optatum **finem** perducere nequivistis, **sed tandem**, sicut Domino placuit **regno** prædicto recuperato,

volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum Colon, virum vtique dignum et plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum, cum nauigis et hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus et periculis ac expensis destinasti, vt terras firmas et insulas remotas et incognitas huiusmodi per mare vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret. Qui tandem, diuino auxilio, facta extrema diligentia, in mare oceano nauigantes, certas insulas remotissimas, et etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, inuenierunt, in quibus quamplurimæ gentes pacifice viuentes et, vt asseritur, nudi incidentes, nec carnibus vescentes, inhabitant, et, vt præfati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis et terris prædictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum et bonis moribus imbuendum, satis apti videntur, spesque habetur quod, si erudirentur, nomen saluatoris Domini nostri IESU Christi in terris et insulis prædictis facile induceretur, ac præfatus Christophorus in vna ex principali bus insulis prædictis, iam vnam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant, in custodiam, et vt alias insulas ac terras firmas remotas et incognitas inquirerent, posuit, construi et ædificari fecit. In quibus quidem insulis et terris iam repertis aurum, aromata et aliae quamplurimæ res pætiosæ diuersi generis et diverse qualitatis reperiuntur. Vnde omnibus diligenter, et præsertim fidei **catholicæ** exaltatione et dilatatione (prout decet catholicos Reges et principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memorie regum, terras firmas et insulas prædictas, illarumque incolas et habitatores, vobis, diuina fauente clementia, subiictere et ad fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur huiusmodi vestrum sanctum et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes ut illud ad debitum finem

perducatur, et ipsum nomen Saluatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimum in Domino, et per sacri lauaci susceptionem, qua mandatis apostolicis obligati estis, et viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi attente requirimus, ut cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi, et assumere prona mente orthodoxae fidei zelo intendatis populos, in huiusmodi insulis et terris degentes ad christianam religionem suscipiendum inducere velitis et debeat, nec pericula, nec labores vlo unquam tempore vos deterreans, firma spes fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros fœliciter prosequetur. Et ut tanti negotii prouinciam apostolicæ gratiæ largitate donati, liberius et audatius assumatis, motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas et terras firmas inuentas et inueniendas, detectas et detegendas, versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo vnam lineam a polo artico, scilicet Septentrione, ad polum antarcticum, scilicet Meridiem, siue terræ firmæ et insulæ inuentæ et inueniendæ sint versus indiam aut versus aliam quamcumque partem, quæ linea distet a qualibet insularum quæ vulgariter nuncupantur de los Azores et Cabo verde, centum leucis versus occidentem et meridiem. Itaque omnes insulæ et terræ firmæ, reperiæ et reperiendæ, detectæ et detegendæ, a præfata linea versus occidentem et meridiem, per alium regem aut principem christianum non fuerint actualiter possesse usque ad diem Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi proxime præteritum, a quo incipit annus præsens millesimus quadringentessimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per Nuncios et Capitaneos vestros inuentæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa, ac vicariatus

Iesu Christi qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, ciuitatibus, castris, locis, villis, iuribusque et iurisdictionibus ac pertinentiis vniuersi, vobis hæredibusque et successoribus vestris, Castellæ et Legionis regibus, in perpetuum tenore præsentium donamus, concedimus et assignamus: vosque et hæredes ac successores præfatos illarum dominos, cum plena, libera et omnimoda potestate, auctoritate et iurisdictione facimus, constituius et deputamus. Decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem et assignationem nostram nulli christiano principi, qui actualiter præfatas insulas et terras firmas possederit usque ad prædictum diem Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi jus quæsitum sublatum intelligi posse, aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (ut sicut etiam pollicemini, et non dubitamus pro vestra maxima deuotione et regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas prædictas viros probos et Deum timentes, doctos, peritos et expertos, ad instruendum incolas et habitatores præfatos in fide catholica et bonis moribus inbuendum, destinare debeat, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes. Ac quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis, etiam imperialis et regalis, status, gradus, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam eo ipso si contra fecerint incurant, districtius inhibemus, ne ad insulas et terras firmas, inuentas et inueniendas, detectas et detegendas, versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo lineam a polo artico ad polum antarcticum, siue terræ firmæ et insulæ inuentæ et inueniendæ sint versus indiam aut versus aliam quamcumque partem; quæ linea distet a qualibet insularum quæ vulgariter nuncupantur de los Azores et Cabo Verde centum levcis, versus occidentem et meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa ace-

dere præsumant, absque vestra ac hæredum et successorum  
vestrorum prædictorum licentia speciali. Non obstantibus  
constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque con-  
trariis quibuscumque. In illo a quo imperia et dominationes  
ac bona cuncta procedunt confidentes, quod dirigente Do-  
mino actus vestros si huiusmodi sanctum et laudabile propo-  
situm prosequamini, breui tempore cum fœlicitate et gloria  
totius populi Christiani vestri labores et conatus exitum fœli-  
cissimum consequentur. Verum quia difficile foret præsentes  
literas ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit  
defferri, volumus ac motu et scientia simillimus decernimus,  
quod illarum transumptis manu publici notarii inde rogati  
subscriptis, et sigillo alicuius personæ in ecclesiastica digni-  
tate constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, ea prorsus  
fides in iudicio et extra ac alias vñibiliter adhibeatur, quæ præ-  
sentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli  
ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ commen-  
dationis, hortationis, requisitionis, donationis, concessionis,  
assignationis, constitutionis, deputationis, decreti, mandati,  
inhibitionis et voluntatis, infringere vel ei ausu temerario con-  
tra ire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignatio-  
nem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum-  
eiusse nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum  
anno incarnationis Dominice millesimo quadringentessimo,  
nonagesimo tertio, quarto nonas maji, pontificatus nostri anno  
primo.

CLÁUSULA DE TESTAMENTO DE LA MUY CATHOLICA  
REYNA DOÑA ISABEL, DE GLORIOSA MEMORIA.

Por quanto al tiempo que nos fueron concedidas por la  
sancta sede apostolica las yslas y tierras firmes del mar oceano,  
descubiertas y por descubrir, nuestra principal intencion  
fué, al tiempo que lo suplicamos al Papa Alejandro sexto,  
de buena memoria, que nos hizo la dicha concesion, de pro-  
curar de ynducir y atraer los pueblos dellas, y los conuertir á  
nuestra sancta fee cathólica, y embiar á las dichas yslas y  
tierra firme perlados y religiosos, clérigos y otras personas  
doctas y temerosas de Dios, para instruir los vezinos y mora-  
dores dellas á la fee cathólica, y los doctrinar y enseñar  
buenas costumbres, y poner en ello la diligencia deuida, se-  
gun mas largamente en las letras de dicha concesion se con-  
tiene: suplico al Rey mi señor muy efectuosamente, y encargo  
y mando á la dicha Princesa mi hija, y al dicho principe su  
marido, que ansí lo hagan y cumplán; y que este sea su prin-  
cipal fin: y que en ello pongan mucha diligencia, y no con-  
sientan ni den lugar á que los yndios vezinos y moradores de  
las dichas yndias y tierra firme, ganadas y por ganar, reciban  
agrauio alguno en sus personas y bienes; mas manden que  
sean bien y justamente tratados; y si algun agrauiio han reci-  
bido, lo remedien y preuean, por manera que no se exceda  
cosa alguna lo que por las letras apostólicas de la dicha con-  
cesion nos es injungido y mandado.